226

E


30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

~~10 K I 82~~
226 E 30
N.Kr. 686

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Ars scribendi Epistolas Augustini Dathi. Daventriae
per Jacobum de Breda 1502

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Ars ſcribendi epiſtolas Auguſtini Dachi.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

¶ Clariſſimi ac preſtantiſſimi philoſophię doctoris Auguſtini dachi Senenſis de variis lo-
quendi figuris ſiue de modo ſcribeudi ad Andre-
am Senẽſem iſagogicus libellus incipit.

I quis id operis dili-
gens examinande inſpiciat hoc mente ſecum faci-
le cogitabit ꝙ non parum in ſe habet fructus co-
pia dicendi et commoditas orationis ſi recta in-
telligentia ac determinata animi moderatione
gubernetur. Quas ob res illa quę ceteri inanis arrogantię
cauſa ſibi aſſumpſere relinquimus. Nam illi ne parum mul-
ta sciſſe viderentur ea conquiſierunt quę nihil attinebant: vt
ars difficilior cognitu putaretur. Nos vero ea quę ad ratio-
nem dicendi pertinere videbantur ſumpſimus. Non eñ ſpe
quęſtus aut gloria moti ad ſcribendum venimus. ſed vt indu-
ſtria noſtra ſtudioſorum voluntatibus morem geramꝰ. Nũc
ne nimium ſumatur oratio longa de re dicere incipiemus. Si
id vnum ſtudioſos nouerimus artem ſine aſſiduitate dicendi
non multum iuuare vt intelligant hanc rationem pręceptio-
nis ad exercitationem commodari oportere. Tribus eñ hãc
artem conſequi poterimus arte, imitatione exercitatione. Ex-
ercitatio eſt aſſiduus vſus conſuetudoq; dicendi. Imitatio ẽ
qua impellimur cum ratione: vt aliquorum in dicendo ſimi-
les eſſe velimus. Ars eſt pręceptio quę dat certam viam ratio-
nemq; dicendi. Ideo etiam pręſens opuſculum in binas par-
tes haud iniuria diuiſum eſſe videtur. cuius prima pars quẽ-
admodum grãmatica oratio quęuis naturali ordine ſtructa
exacte perpolite eleganter & confici & componi debeat luce cla-
rius edocebit. quibuſdam dictionibus ac rationibꝰ adiectis
quę apud Marcum Tullium ceteroſq; maiores noſtros elo-
quentia confertos magis vſurpatę fuere: Ut quid nam ſigni-
ficent quo ve pacto in orationibus & epiſtolis locari debeant
dilucide cuiq; clareſcat. Deinde eadẽ in parte colores & ꝟbo-
rum & ſententiarum frequentius vſu venientes adiungentur

quibus ſine eloquentiſſimus euadere nullus poteſt. Secun
da huius opuſculi ꝑs aliq̄d nō minus oratori neceſſarium ac
cōducēs cōtinebit. quo videlicet modo dictaminū partes di-
ſtinguant. quid proſequendū, vitandū ve in eis ſit quo ve mo
re prompte ⁊ facile formari pn̄t clare patebit His ꝑtib; binis
abſolutis quilibet eis eruditus ſi exercitationi materiā accō-
modarit cuiq; volet epiſtolā pulcerrimā cōficere poſſe ſeſe no
ſcet facillime. Prȩterea ne rhetoricȩ dignitatem ⁊ excellentiā
ſilentio p̄tereamus Marci Ciceronis teſtimoniū afferam⁹
in p̄ma de oratore ita inquientis. Quid eſt em̄ tam admirabi
le q̄ȝ ex infinita multitudine hoīm vnū exiſtere qui id qđ omi-
bus natura datum ſit. vel ſolus. vł cū perpaucis facere poſſit.
aut tam iucundū cognitu atq; auditu q̄ȝ ex ſapientiſſimis ſen
tentijs grauibuſq; verbis exornata oratio atq; polita. aut q̄d
eſſe poteſt in ocio iucūdius q̄ȝ ſermo facetus ⁊ nulla in re ru-
dis. Hoc em̄ prȩſtamus vel maxime feris ꝙ colloquamur in
ter nos ⁊ exp̄mere ſenſata poſſumus. Ob quā rem q̄s hoc iu-
re miretur ſummeq; in eo laborandū eſſe arbitret vt quo vno
homines maxime beſtijs preſtent in hoc hominib; ipſis ante
cellat arte ⁊ vſu quȩ oīm magiſtrorū p̄cepta ſuperat Ac ne plu
ra q̄ pene ſunt innumerabilia cōſectemur breui cōprȩhēdam⁹
Sic em̄ ſtatuamus perfecti oratoris moderatione ⁊ ſapiētia
nō ſolū ipſius dignitatē. ſed ⁊ p̄uatorū ꝗꝫ plurimorū ⁊ vniuer-
ſȩ reipublicȩ ſalutem maxime cōtineri Qua de cauſa ꝑgite vt
facitis adoleſcentuli atq; in id ſtudiū in quo eſtis incumbite:
vt et vobis honori. ⁊ amicis vtilitati. totiq; reſpublicȩ emoli-
mento eſſe poſſitis.

PRimȩ ſiquidem partis ita initiū ſumamus. Cōſiderā-
tes quas res habere debeat elocutio cōmoda ⁊ ꝑfecta
quȩ maxime oratori accōmodata eſt. Tres em̄ res in ſe habe-
re debet elegantiā cōpoſitōem. dignitatē. Elegātia eſt q̄ facit
vt vnumqđq; pure ⁊ apte dici videat̄ Hȩc diſtribuit̄ in latini
tatē ⁊ explanatōem. Latinitas eſt q̄ ſermonē purū cōſeruat ab
omni vitio remotū. Vitia in ſermone quo minus is latinus
ſit duo pn̄t eſſe. Solȩciſmus ⁊ Barbariſmus. Solȩciſmus
eſt cū in verbis plurib; cōſequēs ṽbum ſupiori nō accōmoda
tur. Barbariſmus eſt cū verbum aliqđ vitioſe effertur. Hȩc

Elegantia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

qua ratione vitare poſſumus in arte grammatica dilucide di
ſcemus. Explanatio eſt que reddit apertam ꝛ dilucidā mora-
tionem. Ea cōparatur duobꝫ modis vſitatis verbis ꝛ ꝓpriis
Vſitata ſunt ea que vſantur in ſermone ꝛ cōſuetudine quoti-
diana. Propria que eius rei verba ſunt aut eſſe pñt de qua re
loquimur. Cōpoſitio eſt que facit omnes ꝑtes orōnis equali-
ter ꝑpolitas. ita conſeruabitur ſi fugiemus crebras vocaliuꝫ
cōcurſiones q̄ vaſtā atq̄ hiantē orōem reddūt: vt hec ē. Bacce
enee ameniſſime impēdebāt. Et ſi vitabimus eiuſdē lrē nimiā
aſſiduitatē. Cui vitio vſus hic q̄dem erit exēplo. Nam hic ni
hil ꝓhibet alienis exēplis vti. O tyte tute dati tibi tanta tyran
ne tuliſti. Et hoc eiuſdem poete Quicq̄ quiſquaꝫ quecq̄ vſq̄
cōueniat neget. Et ſi eiuſdem verbi nimiā aſſiduitatem fugie
mus eiuſmodi. Nā cuius rōnis ratio nō eſt fidem habere. ꝛ ſi
nō vtemur cōuenientēr ſimiliter cadētibꝫ vbis Hoc mō. Flen-
tes plorātes lachrymātes obteſtātes. Et ſi vborū tranſiectio
nem vitabimus niſi que erit cōcinna. Quo in vitio eſt Cecili-
us aſſiduus. Itē fugere oportet longā verborū cōtinuatōem
que ꝛ auditoris aures ꝛ oratoris ſpm̄ ledit. His vitiis in cō-
poſitione vitatis reliquū opis cōſumendū eſt in dignitate. Di
gnitas eſt q̄ reddit ornatam orōem ꝛ varietate diſtinguit. hec
in verborū ꝛ ſententiaꝝ exornatōem diuidit. vboꝝ exornatio
eſt q̄ ipſius ſermonis inſignita cōtinet perpolitōe Sententia
rū exornatio eſt q̄ nō in vbis ſed in ipſis rebꝫ quandā habet di
gnitatē. Hec de ꝓmo ſatis. Sequēs ad p̄cepti ſe affert notata
digniſſimū q̄ videlicet plena orō grāmatica tribꝫ cōſtat ꝑtibꝫ
ſuppoſito ſcꝫ verbo ꝛ appoſito. que ꝑtes oratoꝝ more ſic ordi-
nantur vt appoſitū ꝓncipio. ſuppoſitū medio verbū vero ſem
per q̄ venuſte locet. grāmatici cōtra quodāmodo faciunt. Di
cunt ergo grāmatici Scipio africanꝰ deleuit cartaginē. ora
tores vo potius ſic. Cartaginē Scipio africanꝰ deleuit. M
C. vtitur familiariter publio lētulo grāmaticus ait. orator cō
uerſo ordine ſic. Publio lētulo Marcus Cicero familiariter
vtitur. His exemplis patere arbitramur quemadmodū ple-
na oratio ſuam ſtructuram ꝛ ſi non ſemper ſepiſſimum apud
oratores habere debet. Nec illud te fugiat huiꝰ artis cupidū
q̄ aduerbium ſuam ſtructionē ante verbum ſepe numero te-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

nebit niſi ſit excellens vtputa comparatiuum vel ſuplatiuuȝ.
tunc enim poſt verbum locari poteſt. Huius pręcepti hoc ſit.
exemplum. Quę mihi diligenter mandaſti facere curaui ſtudi
oſiſſime. Hac de re ſatis eſt. Illud etiam nequaquaȝ te lateat

De prepoſitiõe

ꝙ prępoſitio trifarie conſtrui perbelle poteſt Uno nempe mo
do ſi eius caſuale ex adiectiuo ⁊ ſubſtantiuo ſit aggregatum.
tunc prępoſitio ipſa interijciatur: vt maximas ad res hoc con
ducit. Ornatiſſimo in loco ſpaciati ſumus. Itē iuſtis de cau-
ſis hęreticorum genus eradicandum approbatur. Secundo
ꝙ prępoſitio ſuo caſuali poſtponatur: Ut illud eſt negocium
quo de multis in locis iudicatum eſt Item hic eſt quo cum ſo
cietas erat mihi maxima. Tercio ꝙ prępoſitio vna cum ſuo
caſuali inter adiectiuum et ſubſtantiuum locetur: vt maximā
in republica diligentiam habeto. Item incredibilis in omnes
ciues obſeruantia. Item ſummum in rhetorica ſtudium faci
endum eſt. Conſimilia ipſe adijcito. Eodem ferme pacto agē
dum fuerit cum genitiuus cum pluralibus nominibus con-
ſtruatur in medio aptius locetur: vt omnia reipublicę iura in
uiolatiſſime ſeruari debent. Item inania ſceleratorum homi-
num flagitia. Et contra nominatiuus genitiuis interponi po
teſt: vt huius longitudo viri. huius auctoritas loci plurimuȝ
valet. Hęc tranſpoſitio haud parum omnes affert. At plerū-
qȝ adiectiuum nomen ſubſtantiuum venuſte pręcedit: vt tua
dignitas optima virtus diuinum ingenium. Id etiam ne ſo-
mittamus quin cognitu fiat apertuȝ ꝙ oratio perfecta non ſo
lum verbum ſemper in calce locatum habebit. quo de in ſecū
do pręcepto dictum fuit. Uerum etiam ſignum aliquod vni-
uerſale vel affirmatiuum vel negatiuum. aut etiam aliquid
excellens vtputa nomen vel aduerbium comparatiuum in fi
ne locari poteſt oratione perfecta. conſummata. De ſigno vni
uerſali illud tibi ſit exemplum. Te chariorem habeo neminē.
Item quę mihi pręcepiſti feci omnia. De ſuperlatiuo. Lon-
ge aliorum Ariſtoteles euaſit ſapicotiſſimus. ⁊ ita de cęteris.
De comparatiuo. Pauco tempore Lebuinus factus eſt elo-
quentior. Relatiui autem conſtructio. quia tum facilis. tum

De Relatiuo

ornatum afferens haud quenquaȝ fugiet. Hoc autem eius p̄
ceptum eſt vt ipſum relatiuum vbi conuenienter fieri poteſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

Initio ſermonis adaptetur Hoc pacto. Quod tibi ſit beneplacito quin agam ſcio nihil. Etiam hoc vſurpant oratores vt ipſum antecedens ſuo relatiuo concordet cum eo. cum ſuo verbo vel adiectiuo diſconueniente: vt quas mihi miſiſti litteras fuere ſuauiſſime. Item quas tecum pepegi amicicias mihi fuere gratiſſime. ¶ Quid. Nonne perbellum fuerit ſi loco gerūdij alicuius nomine gerundiuo vtamur. Hoc pacto. Ueni cauſa legendi librum. ornatius multo dicitur. Legendi libri cauſa veni. Aliud exemplum. Ueni gratia gerendi bella. ornatius dicitur. Gerendorum bellorum gratia veni. Item ibo ad audiendum miſſam. venuſtius effertur ad audiendū miſſam ibo. Pro conficiendo epiſtolas hanc materiam memorię prodidi pulcrius ita locetur. Pro cōficiendis epiſtolis. At in dum gerundio prępoſita prępoſitio inter admodū honeſti locari habet. Et fere ſignificatum p̄teriti imperfecti coniūctiui prępoſita dum dictione habere ſolet: vt inter cęnandum hęc accepi eſt dum cęnarem. Inter currendum lucratus fui. eſt dū currerem lucratus fui. Maxima leticia inter legendum affectus fui. gerundiū vero in do aptius principio q̄ꝫ fini adaptet̃ hoc modo. In cantando decipitur ſerpens. Studendo vir illuſtrior euadere poteſt. Id vero annotatu digniſſimum eſt. vt cum poſitiua exaugere velimus his per prępoſitū aut per q̄ꝫ imprimis apprime aduerbium accedat hoc modo. Charus ęque ſis ⁊ periocūdus vt ſoles. Item viri virtute per q̄ꝫ fulgidi pręcęteris imprimis honore digni eſſe noſcuntur. Item id apprime vtile eſt in vita ne q̇d nimis. Comparatiuo autem et ſuperlatiuo haud incōmode multo vel longe aduerbiū pręponitur: vt iuſticia alijs virtutibus multo pręclarior exiſtit. Aliud. Marcus Cicero pręcęteris longe eloquentiſſimus euaſit. Sed nunc ad reliqua. Cū aliquid nobis cōmodum vtile delectabile iucundū ve eſſe oſtendere voluerimus tunc datiuis abſtractorū illorū adiectiuorū cū verbo ſubſtantiuo ſum es eſt conuenientiſſime vtemur.

E orationibꝫ cōmunioribꝫ apud oratores vſurpatis haud minus conſideratu congruū q̄ꝫ quenq̄ꝫ laude vel vituperio affici trifariam cōperimus Si enī vellem oſtēdere Marcū habere magnam virtutem cū verbo ſubſtātiuo ſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

es eſt cõmodiſſime fiet: vt M.cato eſt magnę virtutis. M.ca
to eſt magnus virtute. M.cato eſt magna ꝟtute. ſed hoc po-
ſtremũ ſplendidiſſimum eſt. Hanc rem animo vel mente com
plector eſt cõſidero hanc rem. Eodem mõ rõnem habere id eſt
cõſiderare: vt huius loci cõſideratõem habeo. huius tp̃is rati
onem habeo. In animo eſt ſignificat. In animo habeo. Ani-
mus mihi eſt. ſignificat valeo. certũ eſt mihi eſt deliberaui vel
decreui. Proſequor te honore ẽ honoro te. Aliud. Proſequor
te laude eſt laudo te. ⁊ ita in alijs. Cõſequor verbis eſt exp̃mo
verbis. Do hanc rem vicio. id eſt vitupero. do hanc rem crimi
ni id eſt criminor hanc rem. Ire in caſtra ita ornatius expreſſa
tur. M.cato caſtra petiuit in caſtra profectus eſt. ſe ad caſtra
contulit. ſe in caſtra recepit. Inſuper haud illepide fit interpo
ſita nõnunq̃ꝫ parẽtheſi. Verbi gratia Dediſti ad me (quę mea
ſumma eſt voluptas) ſuauiſſimas lrãs. Itẽ omnes tuos ami
cos vt tuis lr̃is mandaſti plurimũ admiraris. Similiter en-
diadis non parum oratori cõducit. Hoc pacto Virtutem et
virum laudibus proſequi nitor id eſt ꝟtuoſum virum laudo
Item arma virumq̃ꝫ cano id eſt armatũ virũ. Aliud. Virtu-
teſq̃ꝫ viros aut tanti incendia belli. Opereprecium eſſe ſignifi
cat modo vtile eſſe modo neceſſariũ. mõ iucundũ. Et id totuz
veteres vſurpant. Viginti annos habet ita commodiſſime ef
fertur. vigeſimum annum agit vel degit. Viginti annos na-
tus vel nactus eſt. Si vero numerus fuerit cõpoſitus mino
rem numerũ p̃ponemus: vt vnum ⁊ viginti annos natus eſt.
Sed hęc tute facile intelligis Cicero laborat in eloquẽtia ita
ornatui accõmodat̃ Opam in eloquẽtia cõſumit. Tempus
in eloquentia cõterit. In ſtudiũ incũbit eloquẽtię Habeo hãc
rem in memoria nõ minus ornate dicitur. teneo hanc rem in
memoria. Huius rei memoriam habeo. Obliuio vero tali pa
cto exprimitur. Huius rei me capit obliuio. Excellentia ad-
modum pulcre exp̃mitur ꝑ pręter vel pre cum ſuis caſualibꝫ:
vt Ceſar pre ceteris bellicis rebus pollebat. Joannes p̃ter ce
teros virtute valuit id eſt vltra ceteros. De vagis moribus ex
primendis. Joannes leui ingenio natus eſt moribus facilli-
mis triſti ingenio. Et ita de reliquis. Aliud. Tu adhibes mi
hi fidez. ornatiori efferet̃ eloquio. Eſt mihi apud te fides. Dõ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

eſt accuratius. Nam plerumqꝫ ſum es eſt datiuo iunctum ſi-
gnificat habere ⁊ quodammodo poſſidere: vt eſt mihi pecu-
nia id eſt habeo pecuniam. eſt tibi ſummus honor. id ē habes
ſummum honorem. eſt mihi tecum amicicia. Unde Uirgili-
us in prima eneidos. Sunt mihi bis ſeptem preſtanti corpo
re nimphe. De amicicia exprimenda tu mihi familiaris es. e-
go te vtor familiariter. ego te amico vtor. Aliud. Certiorem
facere eſt ſignificare. Morem gerere eſt complacere. Ex ſentē
tia eſt ſcd'm voluntatem. Inferre iniuriam eſt iniuriam facere
Dare veniam eſt ignoſcere ⁊ licentiam dare. Iniens etas ado
leſcentiam pulcerrime ſignificat. Ferire fedus eſt fedus com-
ponere. Pre ſe ferre eſt verbis aut indicijs aliquid oſtendere:
vt hilaritatem Lelius pre ſe fert id eſt oſtendit. Sed ſepenu-
mero maioris ſignificantie cauſa ſubiūctiua imperatiuis ad
duntur. quod Cicero ſepe efficere ſolebat. Quale eſt illud. Cu
ra vt vir ſis. Fac ſtudeas. effice vt excellas. Licet mihi eſſe bo
num virum vel bono viro vtrumqꝫ vſitate dicitur. Sed po-
ſtremum magis oratorium eſt.

¶ De dictionibus ab eloquentiſſimis viris magis vſitatis:
et primum de nominibus.

¶ Opus perpulcre cum datiuo ⁊ ablatiuo conſtruitur: vt o-
pus eſt mihi tua dignitate. opus eſt mihi tua pecunia. Quid
Nonne illud notatu digniſſimum fuerit Ut cum duo nomi-
na fuerint adiectiuum videlicet ⁊ ſubſtantiuum. adiectiuum
in neutram vocem transferamus. ſubſtantiuum vero geniti-
uo caſu locemus. Hoc pacto. Cum dicere voluero multā vir
tutem dicam ornatius. multum virtutis. multa laus honeſti
us dicitur multum laudis. Sed id animaduertendū ſi gtūs
ille ſingularis fuerit totam item orationem ſingulariter expo
nere debemus. ſi pluralis pluraliter: vt id dictorum eſt ea di-
cta. multum pecunie multe pecunie eſt. Si cuiqꝫ poſitiuo ad-
iungatur negatio contrarij poſitiui vim ac ſignificationem te
net. Cuius rei exempla ſubijciam. Uir iſte haud illepido ſer
mone dictum ſuum conſecutus eſt. Non inepte nobis coram
petrus apparuit. Munus ornatiſſime ponitur pro officio: vt
hoc amici munus eſt. Sed ⁊ partes dictio pluraliter capta
conſimilē habet ſignificationem: vt quemadmoduz mee ptes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

ſunt vobis ſępiſſimum ſeruire volo.
¶De nomine res. Res nomen latū diffuſumqꝫ eſt. ſed eo pul
cerrime vtimur cum poſſeſſiuis nominibus Hoc modo Res
domeſtica. res vxoria. res familiaris. ⁊ ita de cęteris. Grandi/
or natu vel maior natu ornatiſſime ſeniorem ſignificat. ſicut
Reliquum eſt ⁊ reſtat magno cum ornatu idem ſignificant vt
cum diuitię tibi ſint copioſiſſimę honorqꝫ cumulatus reliquū
eſt vt moribus optimis te aptes. Rumor eſt quod vulgo cog/
nitum eſt ornatus ſermo eſt. Unde Therentius. Rumor eſt
meum gnatum amare. Nullus a um nonnunqꝫ ſumitur pro
non. pręſertim ſum es eſt verbo adiuncto: vt. R. P. noſtris tē/
poribus nulla eſt. id eſt non eſt. Aliud. Qui vitia penitus effu
gere poſſit nullus eſt. Tantus ⁊ quantus ſic ſe habent: vt ra/
ro alterum ſine altero in oratione ponatur: vt penſio iſta tan/
ta eſt quanta ante hac nunqꝫ fuit. Talis ⁊ qualis eo ſe pacto
habent: vt alterum creberrime ponatur. vtrunqꝫ raro: vt talē
ſolemus ſentire virum optimum. ⁊ ſubintelligimus qualem
diximus. Orator eſt illuſtris qualis nullus reperitur. Licet
tam grāmaticę qꝫ oratorię genitiuos quorumcunqꝫ caſualiū
cum poſſeſſiuis quouis caſu prolatis coniunctione median/
te coniungere: vt veni cauſa tua ⁊ fratris. Filium meum bar
bare diligo. ⁊ ita de cęteris caſib9. Ex quo de poſſeſſione pau/
liſper locuti ſumus non fugiet quem differentia quę eſt inter
genitiuos primitiui ⁊ poſſeſſiui. Mei tui ſui noſtri ⁊ veſtri.
quam tandem Priſcianus grāmaticus pulcerrime attingit.
Vox namqꝫ eadem eſt vis vero longe diuerſa. cuꝫ genitiuus
primitiui ſimplicem poſſeſſionem importat. ⁊ cum ſubſtanti
uo cuiuſlibet numeri vel caſus conſtruatur. poſſeſſiui vero ge
ñitiuus duplicem poſſeſſionem importat ſcilicet ⁊ cum ſub/
ſtantiuo non niſi ſub conuenientia conſtruatur. Huius rei il
lud ſit exemplum. Mei amicus eſt meus amicus. Sed mei
filij amicus duplicem habet poſſeſſionem. Alteram meam in
filio. Alteram filij in amico. Hęc eo ſubijcimus ne dum ortū
inquirimus verborum vim ipſorum ignoremus. atqꝫ in er/
rorem quempiam imprudentes incidamus. Similis ⁊ plę/
nus nomina quorum prius datiuo poſterius ablatiuo iungi
tur. oratores vt plurimum ac fere ſemper genitiuo iūgūt. hoc

pacto. Tantorum maiorum indicendo ſimillimus eſſe voles Dignitatis vel officij plenus es. Modo nunq̄ȝ vero ſed rariſſime ſuperioribus etiam caſibus iunguntur. Cuȝ vero de duobus quodammodo oppoſitis mentionem fecerimus quod preſtantius eſt preponatur: vt vir ⁊ mulier. virtus ⁊ vitium. aurum ⁊ argentum. iuſticia ⁊ iniuſticia. Si vero vt plus cōmune ⁊ minus commune ſeſe habuerint magis cōmune precedat: vt animalia homines leones aſini vitam agunt. Dum autem plura eidem voluerimus attribuere quorum alterum minus alterum magis amplectitur. quod vehemētius eſt poſtremo locetur: vt Joannes tum doctus eſt. tum etiam virtute pre ceteris valet

¶ De verbis quomodo in orationibus poni debeant ſcd̄m auctores fide dignos reddentia eā non minus ornatam ꝙ venuſtam

Fficio verbum ⁊ pulcrū eſt ⁊ late patet. Nam afficio te voluptate. eſt voluptatem tibi offero. Afficio te honore. eſt honoro te. Afficio te laudibus. eſt laudo te. Afficio te vituperio eſt vitupero te. ⁊ ſic de ceteris. Afficiorqȝ dolore eſt doleo. Afficior triſticia latiſſima eſt huius verbi ſignificatio. Neqȝ lateat te afficere ſignificare diſponere: vt id plinij viua vox magis afficit id eſt diſponit. Conficior vero ablatiuo iunctū pro pereo capit̄: vt cōficior fame frigore etate cōfectus ſum. Ceterum non ignores extrema ſupina adiectiuis iuncta preſertim plerumqȝ ornate ſignificare gerundia accuſatiui caſus prepoſita ad dictionem. Hoc modo. Res difficilis creditu. id eſt ad credendum. Jucundum cognitu. id eſt ad cognoſcendum. Mirabile auditu. id eſt ad audiendum. Similia ipſe tui ingenij bonitate conijcito. Jllud etiam nullatenus omiſerimus ꝙ ſubiunctiuus modus pro indicatiuo et illius tempora pro huiuſmodi temporibus interdum haud illepide ponuntur: vt velim pro volo. dixerim pro dixi. dixero pro dicam. Et ita in alijs hoc attento. ¶ Notandum eſt ꝙ valeo et polleo verba ablatiuis iuncta ornatam reddunt orationē hoc pacto Aurelius Auguſtinus plurimū ingenio valuit M. T. in ciuitate auctoritate admodū pollebat. ac clareo ⁊ floreo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

verba eandem ferme rationem habent preſto et antecello ver
ba tum datiuo tum accuſatiuo pulcerrime iunguntur ſępiſſi
mum tamen datiuo hoc modo. Hoc laude digniſſimum eſt:
vt quo vno homo brutis preſtet orator ipſe hominibus ante
cellat. Frequentatiua quoqꝫ verba eorum a quibus origineꝫ
habent ſignificationem ſępe numero retinent ac pro ipſis po
nuntur. p̄ſertim ſiquando verbi aſperitas vlla contingat: vt
coniecto pro conijcio. lectito pro lego. ⁊ ita de alijs. hoc quan
do fiet eruditorum iudicio relinquamus. Caueo verbum ⁊ ſi
ſępe ſignificat prouideo vt ita lege cautum eſt. perornate tamē
accuſatiuo iunctum pro vito vel fugio vſurpant eloquentes.
Hoc pacto. Turpes viri ingenui mores cauent. Memini ṽ
bum vſitatius accuſatiuo iungitur quaꝫ genitiuo. Memini
platonis ſententiam. Virgilius in bucolicis. Numeros me-
mini ſi verba tenerem. Hiſce rationibus ipſis vtere. Vaco ṽ-
bum varijs ſtructionibus perſępe poſitum haud eandem re-
tinet ſignificationis vim: vt vaco huic rei eſt intendo huic rei
vaco hac re eſt vacuus ſum hac re. Refero hanc rem tibi ē nar
ro tibi. refero hanc rem ad ſenatum eſt pono ad ſenatum. Eua
do perornate ponitur pro efficior: vt Cicero euaſit eloquen-
tiſſimus. Ariſtoteles ſummus philoſophus euaſit. Fore ver
bum profuſam habet ſignificationem. ⁊ eſt idem quod futurꝫ
eſſe: vt arbitror te hac in arte nobiliſſimum fore. Plurimum
etiam conducit nobis intelligere quę ſint nominū differentię
et verborum diſcrimina. Nam ea quoqꝫ res mirū in moduꝫ
exornabit: vt ſi quis ſcit quid differunt p̄ſum ⁊ interſuꝫ inter
ſe verba pulcerrime dicet. M. Ca. publicis negocijs nō ſolū
interfuit. ſed etiam p̄fuit. vn̄ intereſſe ſignificat comitem eſſe.
pręeſſe vero ducem eſſe. Ego nō ſolū confiteor quod eſt ꝑ vim
fateor. verūetiam profiteor id eſt ſponte fateor. Gratulor ribi
gaudeo mihi. Ago grās quod eſt verbis. refero grās quod eſt
re ⁊ factis. Habeo grās quod eſt in animo. debeo gratias vbi
obligationis vis aliqua cernitur. Hęc res mihi conducit eſt
hęc res mihi vtilis eſt. dono tibi hanc rem dicitur ſplēdidius.
dono te hac re. Fero hanc rem modeſte moderate aut ęquo a-
nimo eſt. hanc rem modeſte vel patienter tolero Et econtra Fe
ro hanc rem ęgre. moleſte grauiter vel iniquo animo eſt Hanc

em̄ nõ libenter patior. Affero verbũ cõmuniſſimum eſt quo
multis in locis vti poſſumus hoc pacto. Secunda fortuna
voluptatẽ mihi affert. eſt me delectat. Aduerſa fortuna affert
mihi dolorẽ. eſt facit me dolere. Interdico tibi hac re ⁊ nõ hãc
rem lepidiſſime ꝑferimus. Tullius in ſcđo rhetoricę. Oẽs q̇⸗
bus aqua vel igni interdictũ eſt exules appellant. Ille etiã mo
dus optimus ẽ vt ſi quis dicturus ſit quẽpiã habere honorez
vel magiſtratũ vt ex noĩe honoris eiuſdẽ ⁊ gero id eſt pulcerri
mã cõſtituat orõem hoc pacto. hic eſt romę cõſul. hic romę cõ⸗
ſulem ſe gerit. Impatorẽ ſe gerit. doctorẽ. Cicero his ꝟbis du
obus aſſentio ⁊ aſſentior modo actiua modo paſſiua voce eo
dem cũ ſignificato ꝑſepe vtitur. Eodẽ pacto dicitur. Impar⸗
tio vel impartior. itẽ memoro vel memoror. in cęteris autẽ id
fit rarius. Uſu venit ornatiſſimũ eſt ꝓ cõtingit. vſurpare ẽ fre
quẽti vſu habere. vſurpatõem vero frequentẽ vſuȝ vocãt. De
ficio verbũ accõ ſtructũ aliquid affert ornatus: vt deficit me
dies. hęc res me deficit vita q̄ꝫ primũ mortales deficit. Man⸗
dare lr̃is mãdare ſcriptis mãdare lrãꝝ monimẽtis eſt ſcribere
Miſſum facere pro dimittere venuſtũ eſt: vt hãc rem miſſam
facio eſt dimitto. Accedit pro additur q̄ꝫ vſitatum videri de⸗
bet id eſt ſolet hoc mõ. Ad meas miſerias dolor maximus ac⸗
cedit id eſt addit. Confido verbũ alias dtõ alias abltõ ⁊ orna
tius iũgitur hoc more. Cõfido tua ꝟtute. tua humanitate tuo
cõſilio. ⁊ ita de alijs. Credo pro cõmitto ornatiſſimum eſt: vt
mea cõſilia ſemꝑ tibi credidi. Credo tibi grandem pecuniã id
eſt cõmitto. Tria ſunt verba quę ſibi ordine quodã cõiungun
tur. quoꝝ p̃mum leuius eſt diligo. poſtremũ admiror. qđ prę
cipuũ ⁊ vęhemens eſt. Et eoꝝ mediũ obſeruo qđ eſt colo ⁊ ve
neror: vt veſtram dignitatẽ diligo obſeruo admiror. Neſcio
hanc rem. ornatius eſt ſi dixero. Ignoro. pręterit me. fugit me
latet me. huius rei neſcius ſum. Accipere pro audire intellige
re aut cognoſcere ꝑbellum eſt: vt rumoribus accepi quorum
eſt incertus auctor In verbis tam actionẽ q̄ꝫ paſſionẽ ſignifi
cantibꝰ varios exitus cõſiderari oportet. ⁊ modo his modo
illis vti: Ut fuere pro fuerunt. amauere pro amauerunt. vide
re pro videris. videbere pro videberis. noram pro nouerã. tri
umpharat pro triumphauerat. Sed ne quid fiat contra grã⸗

maticę ꝓceptionē ſollerter ꝓuidendū eſt. Illud etiā fugiat ne-
minē ꝙ ſi infinitiuus finito verbo addat infinitiuus ordine ꝓ-
cedat vt te ad me venire volo. Hac in materia diligentiſſime
ſtudere volo. Pręſto ſum ſignificat vel adſum vel fere appareo
vt pręſto fuit mihi ſeruus tuus vrbem ingredienti. Colloca-
re apud aliquem beneficium: eſt beneficium alicui facere hoc
pacto. Apud ciceronem beneficium plurimuꝫ collocaui Gra-
tificor tibi hanc rem p̄clare vſurpamus. Indulgeo eſt operaꝫ
do: vt nimio ſomno ioannes indulget. ocio indulget. vino in-
dulget. Verſor verbum in frequentiſſimo eſt veterum ac di-
ſertorū hominū vſu perdiffuſaqꝫ eius verbi ſignificātia ac va-
rijs poteſt deniqꝫ rationibus exponi: vt Verſor in multaruꝫ
ſtudio litterarum. virtus circa difficile verſatur. hoc eſt in in-
difficili conſiſtit. verſamur in tenebris eſt fere ſumus in tene-
bris. Et ſicuti exemplis ſuperioribus eſt oſtenſum duos ſibi
plęramqꝫ caſus poſtulat. Nam accuſatiuo iungitur prepoſi
ta inter. aut ablatiuo pręcedente. Quod grāmatici frequenti-
us dicunt Peto te hanc rem ornatius nec minus latine dici-
tur. Hanc rem a te peto. id Cicero in epiſtolis plurimum con
ſueuit. Inquā verbum futuri temporis crebro pręſentis pręte-
riti veloco. teſte p̄ſciano p̀mo minoris accipimus. Sed a-
lijs in verbis rarius vſu venit. Quid repeto. nōne perpulcre
ponitur ſi quid ei anteceſſerit. neqꝫ accuſatiuus ſolum verum
etiam ablatiuus adiūgitur: vt hanc rem memoria repeto. ⁊ ſi
gnificat: vt permulti ęſtimant non quod teneo memoria. ſed
potius memoria voluo ⁊ reminiſcor. M. C. in principio de o
ratore. Cogitanti mihi ⁊ vetera memoria repetenti Deuincio
verbum perpulcrum in ępiſtolis ſępe numero ponitur ⁊ ſigni
ficat obligo. ⁊ deuinctus eſt ſignificat obligatus eſt vel obno
xius eſt. Complector verbum perdiffuſum eſt ⁊ exornatum a
liquibus tamen adiectis vt amore atqꝫ beniuolentia te com-
plector. Pario verbum non tam vſu venit q̄ꝫ multum ornat⁹
affert hoc pacto. Fędus. Marco conſule nobis partum eſt et
honorem ⁊ dignitatem noſtrę ciuitatis primus nobis pepe-
rit. Optimum factu fuerit ne eiſdem aut orationis modis aut
verbis ſępe vtamur. Nam varia plurimum probatur oratio
vt ſic veluti quibuſdā floſculis aſpergatur oratio: vt pro mo

ri diem ob ire mortem oppetere animam expirare vita excede-
re defungi ⁊ vita migrare res humanas deſerere ⁊ ita in aliis.
Conor hanc rem pulcerrime dicitur pręſertim ſi difficilior ſit
et ardua ſcilicet res: vt Cicero de oratore Magnum opus at
q; arduum conamur. Id autem nequaq̃ pręteream⁹ ꝙ ora
tio infinitiua per q̃ ſępe loco ſubiunctiuę ponatur: vt volo te
ad me venire eſt volo vt venias ad me. Te ad ſtudium profi-
ciſci volo. Id tamen maximopere cauendum ne quid amphi
bologię cauſetur.

¶ De aduerbiis notatu digniſſimum

n On etiam ignorandum ꝙ ſi duo aut plura duobus
quod perraro vſu venit vni et eidem attribuere ve-
limus vtero; tum dictionem aut et pręponamus.
Exempli cauſa dicam. Gaius Lęlius tum virtutu
doctus eſt tum probus. Item magno eſt in Gaio lęticia ⁊ vir
tus et doctrina. Item Cum ad vniuerſitatem tanq̃ ad merca
turam bonarum artium ſis profectus inanem redire turpiſſi
mum eſt dedecorantem ⁊ vrbis auctoritatem ⁊ magiſtri Hec
Tullius tercio de officiis. Satis et parum aduerbia geniti-
nis iuncta haud parum dignitatis afferunt: vt Parum pecu
nię eſt parua pecunia. ſatis virium eſt ſufficientes vires. Hęc
hactenus. Paſſim id eſt ſecundū ordinem ad modum paſſuū
Pedetentim eſt moroſe vel ſucceſſiuę. Magni id eſt multum.
ſic tanti idem eſt quod tantum ⁊ ſunt aduerbia. Quam etiam
eſt aduerbium. Crebre crebro idem eſt quod continue vel con
tinuo. Haud pro non. Secus pro aliter eadē oratione per q̃
venuſte ſe habent. ſic ac vel atq; pro q̃ vel quantum ponūtur
vt Haud ſecus ſentio atq; tu id eſt non aliter ſentio quam tu.
Et ęque pro ita ſumitur: Ut ęque te laudo atq; Ciceronem.
id eſt eo modo te tanquam vel ſicut Ciceronem laudo. Par-
tim aduerbium in diuerſis orationibus immediate ſe haben
tibus ornate ordinatur: vt qui ciuitatibus pręſunt. Partim
ſunt boni. partim nobiles. partim populares. Et eodem fer-
me pacto alias conſtruitur: vt Homines alias boni. alias ma
li nunq̃ eiſdem ſunt moribus. Item homi͂es eodem fere nati
ingenio alias rident, alias vero lachrymātur. Adhuc illa duo
perpolitā reddunt orationem ſibiinuicem correſpōdētia quo

rum alterum non ſolum vel non modo aut non tantum. Alte-
rũ eſt ſed etiam verũetiam ſed quoqꝫ. hoc pacto. Non ſolũ elo
quentia Cicero valuit ſed etiam prudentia Itē nō tm̄ illicitũ
verũetiā horrendũ facinus. N. perpetrauit. Tam ⁊ qꝫ in eadē
oratione pariter ſe habent vt tam chara eſt mihi patria qꝫ tibi
vita iucũda. Tantiſper eſt tamdiu ⁊ perpulcre depoſcit poſt
ſe dum dictionem quę ſignificat fere. id eſt qd̓ donec. Therēti
us in andria. Tantiſper te dici volo meũ dum quod te dignũ
eſt facis. Perinde ac vel atqꝫ ſimul ſumptũ valet tm̄ ſicut tan
qꝫ: vt Camillus ꝑinde atqꝫ eſſet ſapientiſſimus oīm a cũctis
venerabat̄. Indies aduerbiũ ſignificat per ſingulos dies ſiue
de die in diem: vt tua dignitas indies creſcit. Quędā ſunt ad-
uerbia q̄ in epl̄is maxime congruũt ⁊ etiā a Cicerone frequen
tiſſimũ vſurpata ſunt ſicut ꝓpediem qꝫ primũ ꝑ cito ſiue ſtatī.
Confeſtim id eſt ſtatim ⁊ Item poſtridie qd̓ artis grāmaticę
expertes exponũt poſt tres dies Sed tu ne eodē ducaris erro
re crede poſtridie ſignificare poſtero die. ⁊ eo pacto. M. C. ac
cipit ⁊ alij eruditiſſimi viri. At id eſt ſed. Si q̇s multa referre
velit ꝓ priore ponat ꝑ̇mum vel ꝑ̇mo. ꝓ ſcd̓o deiñ. ꝓ tercio tum
vel p̄terea. pro quarto qd̓ raro accidit poſt hec. In calce poſtre
mũ vel poſtremo Sit huic rei id exemplo. Tria ſunt q̄ mihi
magnā voluptatem afferũt. Primũ em̄ ꝙ optimũ amicũ na-
ctus ſum. Deiñ aũt ꝙ ſingularē tuā erga me teſtificaris beni-
uolentiā. Poſtremũ vero ꝙ te incolumē vel incolumũ fore in
tellexi. Qua in re tres inuenimus cōiunctiones recto atqꝫ vſi
tato ordine quę ſunt em̄ vero aũt. Sed multo plura ipſe faci-
le cognoſces ſi Ciceronis ſcripta imp̄mis eius epiſtolas lecti
tabis Ne ⁊ quidē particulę in eadem orōne pulcerrime ſunt
ſi q̇s recte fuerit illis vſus ita ſcꝫ ꝙ nō ſe cōſequātur immedi
ate ſed mediate: vt ne ꝟtuoſus q̇dem ioānes exiſtit ⁊ ita in cę-
teris. Ablti caſus vel cũ cōmertio ꝑpoſitionis vł ſine vim ad
uerbij ſepe habent: vt in ꝑ̇mis id eſt in ꝑ̇ncipio vel ꝑ̇ncip ali-
ter. Vel ſine: vt paucis eſt paulũ vel paucũ Therēti⁹ in ādria
Ades paucis te volo vel multis pro multũ. Corā cũ accentu
in vltima ſyllaba aduerbium eſt pulcerrimum. ſignificans vt
ita dicā p̄ſentialiter vel in p̄ſentia quo frequētiſſime docti vi
ri vtuntur: vt apud. M. C. Cupio tecum coram iocari Item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 30

